Quia post sex etates mundi Maria nata erat
Duodecim leunculi super thronum sex gradus decorabant
Quia duodecim apostoli Marie tamquam regine celi insistebant
Vel duodecim leunculi thronum decoraverunt
Quia duodecim patriarche progenitores Marie extiterunt
Duos leones magnos thronus habebat
Quia duas tabulas preceptorum Maria corde et opere tenebat
Summitas ipsius throni erat rotunda
Quia Maria erat sine angulo perfidie et tota munda
Due manus sedile hinc inde tenebant
Quia pater et filius et spiritus sanctus amice filij mirifice residebant
Hic est thronus quem verus rex Salomon sibi ipsi fecerat
In universis regnis mundi opus tale non erat
Magi igitur venientes sibi obtulerunt munera talia
Quia talia viderunt congrua et non alia
Aurum enim protulerunt in nobilitatem munere regale
Per quod ostendebant puerum esse regem et decere tale
Thus autem oblatum erat sacerdotalis
Et puer erat talis sacerdos cui non fuit equalis
Cum mirra sepeliebant antiqui corpora mortuorum condire
Et Christus rex et sacerdos voluit pro salute nostra mortem subire
Nos ergo debemus offerre tum Christo aurum dilectionis
Eo quod pro nostri dilectione subiit penam ~~humane~~ amare passionis
Thus devote laudis pro gratiarum actione
Et in mirra compassionis pro morte eius recordationem
O bone Jhesu da nobis ita te diligere
Et tibi condolere ut te mereamur per hereditatem in eternum videre

Kunigs Salomons thron etc.

Die bezeichenunge dise dryer kunges und der gaben waz hie
vor bezeichent und er zöiget an dem thron Salomons des kunges
Kunig Salomon waz junge und ein kint doch waz er gar wise alse
do er ein kint waz worden Do waz er nut minner wiser denn er

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0043
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg